



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1658**

§. 41. Petrus autem stabat ad ostium foris. v. 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45556**

Eateor tamen me hærete & nescire quid de hoc discipuli dicam incerto.  
Si quis se expedire potest, expediat & me oro.

§. 41. Petrus autem stabat ad ostium foris. v. 16.

Magis in me accumulatur admiratio, Discipulus ille notus Pontifici  
est in atrio, Petrus notus Christo est foris ante ostium: quomodo illa S.  
Ioannes vel connektat vel opponat, nescio. iterum hæreo, quia non video  
quid ad Petrum ista discipuli intus, positio, vel Petri extra atrium Ponti-  
ficis statio. mira, mira! nisi dicamus à Deo ordinatum fuisse ob certas cau-  
sas, quod Petrus deberet adesse in atrio Pontificis Iudaici, quando ibi tra-  
dito Domino cepit collabi Pontificatus veteris Testamenti, ut eum ca-  
dentem exciperet & colligeret gradatim Petrus designatus Pontifex novi  
Testamenti. sit hoc sane quam diu aliquid ea de re melius non novi, ita si-  
nam esse & servit mihi sic arbitrari, quoniam scio Christum Dominum esse  
in quo connectuntur omnia qui & fecit utraque testamenta unum, &  
quoniam ipse erat in aula Pontificis in illa hora ut connektaret utraque, o-  
portuit ultimum veteris Testamenti Pontificem & primum novi conve-  
nire apud Christum ut connekti possent. Ad hoc divina dispensatione igitur  
ordinatum credo, ut Petrus foris staret, ut authoritative in atrium Pon-  
tificis admitteretur seu introduceretur, ut in Christo & duo Pontifices  
successores, & duo testamenta succedentia connektarentur. Sed quomodo  
tam disparati Pontifices Petrus & Annas vel Caïphas connektarentur. ne-  
mo hominum noverat, solus agnus noverat qui noverat aperite septem sig-  
gilla libri apocalyplici. Iste modum invenit, Petrum post se traxit usque  
ad ostium Pontificis & quæ secuta sunt ordinavit.

**D**omine Deus noster quam admirabilia sunt opera tua in cælo & in  
terra! Ego illa considerans & amo & pæreo. amo dulcedinem provi-  
dentia, pæreo processum iustitiæ, qui unum suscipis alterum relinquis.

§. 42. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici, v. 16.

Eluctatus sum utcunque ex perplexissimo dubio, cur Petrus securus  
fuerit Dominum usque ad ostium Pontificis atrij. iam planior erit via ad  
reliqua, quare nimirum ille discipulus notus Pontifici exiit ex atrio &  
Petrum foris stantem introduxerit. suspicatus sum nimirum quod in ista  
aula vetus & novum Testamentum connectenda essent & summus utrius-  
que præses convenire illud & ille ut desinerent & abdicarentur, hoc & sic  
ut solemniter iurarentur utraque per Christum & in Christo ad quæ  
gæ